Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1769

Quelle:
Copyright:

XXVII. *fol.* 213. p. 2. Adversaria medica de *Melancolia*, *Incubo*, *Paralisi*, *Spasmo* &c. fortassis e *Constantino Afr.* lecta.

XXVIII. *fol.* 218. Nomenclator alphabeticus *botanicus* lat. boh. rarissime germanicis etiam vocabulis adjectis, cujus initium:

Absintheum. *Pelynek.*
Abrotanum. *Brotan.*
Acorus. *Kasatec. crweny.*
Acantum. *Koprwe syeme.*
Acacia. *Trpky.*
Acedula. *Stiewik.*
Acalafe.
Adrantus.
Afodillus. *Golde* (wurz)
Agrimonia. *Starcek.*

Ita non ubique significatio bohemica adjecta est. Fortasse cum *Dan. Ad. a Weleslavina Nomenclatore Quadriling.* conferri meretur. Ad calcem rursus Medica de *Podagra* subjuncta sunt, quae ad N. praecedentem referas.

XXIX. *fol.* 223. Admonitio bohemica de Perfectione vitae christianae, cujus initium: *Chcèsli byti dokonaly toto prawie Zachowai* &c. Hoc est: *Si vis perfectus esse, hoc observa diligenter* &c.

XXX. *fol.* 225. Doctrina bohemica de Deo, Trinitate, Ecclesia, quinque sensibus, septem donis Spiritus, septem operibus misericordiae &c. quae fortasse *Job. Hussi* sit. Inchoat: *Bob gest dobre nadňiem nemoz byti pomyssleno lepsie* &c. Id est: *Deus est bonum, quo melius cogitari nequit* &c. Indicata etiam *Cod.* XCIII. Accedit in utroque *Cod.* Specimen Versuum hexametricorum, quos ante *Bohemos* nulla alia Gens tentasse videtur in sua vernacula. Sic:

Proctirzi przicíny bywa muzy poznaníe zeny
Aby chlipnil warowal plodil dlub zakona plnil &c.

XXXI. *fol.* 229. Moralia varia et loca PP. bohemice reddita, imprimisque de audiendo verbo Dei, hoc initio: *Božie slowa gsu yako kladiwo genz twerde kamenie tlucze* &c. Nempe: *Verbum Dei est ut malleus, qui dura saxa comminuit* &c.

XXXII. *fol.* 232. Hymni II. bohemici: Prior de Paschate: *Welika noc gizinam nastala* &c. *Pascha nobiscum illuxit* &c. Alter de Pentecoste, versio videlicet Sequentiae: *Veni Sancte Spiritus* &c. *Zawita yz duse swaty a nam ten dar nebesky sessli nautesenie* &c. Uterque notis musicis impositus.

XXXIII. *fol.* 237. p. 2. Satyra rhythmica Hussitae cujusdam in Concilium *Constantiense*, et universum Ordinem ecclesiasticum, hujusmodi: